metur in gloria tūc corpōis eius dispositio
erit uariata. sicut in quarto ubi agitur de do
tibus glorificatōz. **A**d illud quod obijci q;
anima illa erat potens ad agendū ⁊ cognos
cendū ⁊ tendēdū in deū vō q; etsi erat po
tens ad actionē. nō tñ ita pfecte potēs erat
quin esset possibilis ad defectōem. et ideo
non sequitur q; deberet sibi ad hoc cōplenda
dari ad corpus celeste quod est incorruptibi
le. sed magis elemētare qd ex bona dispo
sitōe ⁊ cōplexione equali eēt idoneū ad agen
dū. et nihilomin⁹ si homo peccaret esse pos
sibile ad patiendū.

Secundo queritur utrum corp⁹ ade
siue corpus primi hominis fuerit
cōstitutū de natura pure elemētari
an simul cū natura elemētari ad ei⁹ cōstituti
onē cōcurrerit natura celestis. **E**t q; simul cū
elementari natura celestis cōcurrat ad corp⁹
humani cōstitutōem uidetur. primo p **Aug.**
sup **Gen.** ad lram. qui dicit q; aia mediāte

lute corpus nificat et administrat. et eades
est sūia. **A**ucēne. si ergo corpus humanū sic
ordinū est ut natum esset ab anima uinificari
videtur q. ad eius constitutionē occurrerit na
tura lucis. et hec est natura celestis. ergo qe.
Ites phis in. xvi. de animalib. dicit q. i
nobis ē calor igneus et calor celestis. q. qdēz
est calor vitalis. sed non est accōs sine subā.
ergo de constitutionē corporis nostri est celestis
natura. **I**tem impossibile est ōria uenire
ad ōrformitātē et unitatē nisi per unū q. sit
eleuatū a ōrietatē. quia si illud hōret ōrietatē
potius discordiā faceret q. ōscilaret. si ergo
natura corporalis a ōrietatē eleuata non est
nisi natura celestis. et in corpore uinificabili
necesse est ōria elemēta ōscilari maxime. ui
detur ergo q. de constitutionē primi hominis
fuerit natura celestis. **I**te omne corp. me
diante anima rōali quodāmodo hz beatificari.
sed non pertingūt ad beatitudinē mediante
anima nisi que ei uniuntur. nulla tamē corpa
ei ōiūgūtur nisi que sunt de constitutionē corpi
sui. uidetur ergo q. corpus primi hominis si
tū constitutionē sit de natura elemētari uex etiā
de natura celesti. **I**te in quolq. organo cu
tuslibet sensus ōnatur aliquod corpus sim
plicū sicut ostendit Aug. super Gen. ad lit.
Cū ergo qnq. sensus sint in homine. uidet
q. qnq. corpora sint de eius constitutionē. ergo
non solū natura elemētari sed etiā celestis
Ite ordo ē in ascendendo et in descendēdo
ita q. ab infimo peruenit ad supremū p me
dia et ecōuerso. s. subā spūalis maxima ōi
stantia distat a natura corporea et opaca et
minus a natura pspicua. et adhuc minus a na
tura luminosa que est natura celestis. ergo
uidetur q. nec corpus anime nec anima cor
pori uniri debeat nisi natura lucis interneni
ente. uidetur ergo q. corpus primi hominis
nō tū de elemētari sed etiā de celesti na
tura constitutum fuerit. **C**ontra. Ex nullis
corporib. constituitur corpus mixtū nisi que
possunt ad inuicē agere et pati. hec aut sola
hūcia sunt ōrietatē. cum ergo natura quinti
corporis talis sit ut nō habeat ōrietatē. non
uōtōr q. ueniat ad constitutionē corpi mixti
ergo nec ad constitutionē primi hominis. **I**te
nihil uenit ad constitutionē mixti nisi corpus
quod est miscibile. miscibile autem non ē.

nisi corpus rarefatibile et condensabile. et omne
tale est corruptibile. natura aut quinti cor
poris est incorruptibilis. ergo non potuit ue
nire ad constitutionē humani corporis. **I**te
corpus humanū fm se totū est propagabile
ergo fm se totū est generabile et corrupti
bile per naturā. sed natura quinti corporis
non recipit gñationē nec corruptionē. ergo
non uidetur esse de constitutionē humani cor
poris. **I**tes si est de constitutionē quero vñ
sumpta sit illa natura. Aut eniz de celo. aut
de terra. Si de celo. ergo uidetur q. ab ipso
celo fiat aliquarum partiū sequestratio cum
generatur homo. Si de terra. **S**ed. Nihil ē
de terra quod non sit natum ex ipsa pduc.
natura quinti corporis non est nata produ
de natura alicuius elemēti. ergo nec de celo
nec de terra potest sumi illa natura. ergo nō
ē de constitutionē corporis humani. **S**i tu
dicas q. de celo uenit per radiōz imissionē.
hoc oon uidetur ueniens. quia impossibile
est per radiū separari a sua origine. impossi
bile est etiā uenire ad alterius constitutionē
cum lumen in medio sit per modum speciei
et idoli que nullo modo ueniunt ad constitu
onem alicuius rei naturalis. **I**tem si natu
ra quinti corporis uenit ad constitutionē cor
poris hominis quero quid fiat de eo quādo
corpus humanū resoluitur. Aut enim tēdit
sursū. aut in natura ppria manet deorsū.
aut corrumpitur in aliquod elemētū. Sed
in aliquod elemētū nō potest cedere cum
sit per naturā incorruptibilis. Deorsū in
propria natura non uenit sibi manere cum
eius locus proprius sit esse in circūferentia.
non in centro. Si sursū tendit. ergo uidetur
spacium orbis celestis aliquando ampliari
aut ōdensari. q. si tu dicas q. cedit in constitu
tionē alterius corporis nec habet corrumpi.
cum ergo ex corpore hominis generentur
uermes et buffones et spentes ponetur natu
ra quinti corporis ēē de constitutionē ōmniū
sicut de constitutionē hominū. **I**tem quero
propter quid natura quinti corporis ueniat
ad constitutionē humani corporis. Aut eniz
propter mixtiones. aut animationē. aut ppter
sensum. aut ppter intellectū. Si ppter mixti
onē. ergo tūc esset de ōpositōe cuiusq. mixti
Si ppter animationē tūc esset de natura

eniusz plāte. Si ppter sensuātōez, tūc eēt
de natura cuiusz aīalīs bruti. Si ergo uenit
hoc est ppter intellēz solū. **Sz** d. Intelle
ctus nullius partis corporis est actus. ergo
q̄stū ē de se n̄ magis exigit corp⁹ suū pponi
de natura celesti q̄s de elemētari. **Ad**
p̄dcoz intellētiā ē nōndū q̄ circa hoc ē tri
plex modus dicēdi. **¶** Quidā. n. dicere uo
luerūt q̄ natura celestis uenit ad cōstitutōez
humani corporis sicut elemētū p eo q̄ natu
ra celestis nō ē aliā q̄s natura ignis. ei tōo cū
cōstet ignē ad cōstitutōez humani corporis ueni
re uicūt corp⁹ humanū ex natura celesti cōsti
tutū esse. hec aut natura ignis et si pat alijs
pmiscetur hēat agere et pati. et corrūpi et ge
nerari. et hoc put ē hic iser⁹. put tñ ē i spera
sua tranquillitātē et q̄etēbz. nec suscipit corru
ptōes nec pegrinas imp̄siōes. Et istā suaz
positōez p vba **Aug.** muniūt q̄ negat eē cō
tum corpus preter q̄tuor corpa mūdi. Sed
hec positio uie philosophice et cōmuni apte
repugnat q̄ pter q̄tuor corpa mūdi ponit
cēntiā quintā s̄ oēm cōrietatē eleuatā quod
nalde rōnabile ē sicut oīsuz fuit s̄. vi. xliij.
nec huic repugnat s̄iū **Aug.** si recte intelli
gatur sicut ib. dē expositū ē. **¶** Ideo alī alij
uoluerunt dicere q̄ natura celestis uenit ad
cōstitutōez humani corporis nō sicut unū ex
elemētis s̄ sicut mediū ligās oīa elementa.
et illa cōliana. et hoc uicūt exigere dignitatē
cōplexionis humane per quā corp⁹ humanū
in sua p̄ma cōstitutōe habuit elemēta i opti
ma cōliatōe. habuit etiā idoneitatē ad hoc
ut post meriti cōsumatōez inhabitaret in ce
lesti māsione. et sic debuit h̄re naturā celestē
et elemētare de sui cōstitutōe. elemētare ppter
statum uie in quo cōpetebat ipm h̄re corpus
passibile. celestē ppter statū p̄rie i quo cōpe
tebat ipm h̄re corpus claz et impassibile. et
quēadmodū in statu uie natura elementaris
p̄dīatur. sic i statu patrie erit cōrio. **¶** Hoc
aut et si uideatur satis p̄babile eē dictū. tñ nō
modicā habz calumniā. qualī natura quinti
corporis euz sit incorruptibilis et carens cōri
etate ueniat ad cōmixtiōē cū alijs elemētis.
et itēz si uenit vñ uenit et in quid cedit diffi
cile est assignare. **¶** Et ideo est terti⁹ mod⁹
dicendi q̄ duplī est loqui de natura celesti.
aut per p̄prietatē. aut per cōformitatē. Per

p̄prietatē natura celestis dī natura eē cōnti
corporis que sic p̄fecta ē sua forma ut nullo
modo habeat appetitū ad aliā formationē.
sic est actina q̄ nullo mō potest pati et corrū
pi. et sic est natura orbū et stellaz et firma
menti. hoc aut nō uenit ad cōstitutōez hūani
corporis fm subām et ueritatē s̄ solū uenit f
uirtutem. quia uirtus stellaz et orbū influen
do facit elementoz cōliatōez que ueniūt ad
hūani corporis cōstitutōez fm rez. dū actio
elemētōz regimen et directionē habet ab in
fluentia corpoz superiorz. **¶** Alio modo dī
natura celestis per cōformitatē. et sic large
accipitur et uocatur natura celestis illud q̄ ē
cōforme celo in subtilitate et claritate et qua
dam sublimatiōe a cōtrarietate. Et per hunc
modum spūs qui sunt de cōstitutione corpo
ris uiuentis et maxime hominis uicūt eē
nature celestis propter subtilitatē et lumino
sitatē. et ppter hoc etiā q̄ subleuationē h̄nt
a natura cōrietatis dum cōsurgūt ex cōmixti
one elemētōz in quadā harmonia et cōsonā
tia. Et qm in corpore humano sicut infra
patebit maior est harmonia q̄s in aliquo cor
pore mixto. hinc est q̄ eius calor et spūs et
cōplexio magis cōformatur nature celesti. et
hoc mō accipiēdo naturā lucis siue naturam
celestē large. siue per cōformitatē intrat cōsti
tutionē humani corporis fm uirtutē magis
q̄s cōstitutionē alius alterius mixti ppter
humane cōplexionis equalitatē et dignitates.
fm ueritatē tamē tam spūs q̄s calor qui di
cuntur nature celestis sunt de natura elemē
tari. quia deperduntur et restaurātur fm q̄
expresse physici dicunt. **¶** Juxta hāc tertiā
uiam que p̄babilior est et planior patet r̄sio
ad questionē p̄positā. patet etiam r̄sio ad
obiecta. nam rōes oīdentes q̄ natura cōnti
corporis non uenit ad cōstitutionē corporis
humani loquuntur de natura celesti proprie
dicta que est incorruptibilis et inalterabilis et
imiscibilis. et ideo non est miscibilis ad cōsti
tutionē tertiā. **¶** Rōes uero ad oppositū
inducte procedūt uel de natura celesti dicta
p cōformitatē sicut due primē auctoritates.
uel si cōcludant de natura quinti corporis p
prie dicta non oīdunt q̄ ueniat ad cōstituti
onē corporis humani fm subām sed fm uir
tutē. aliter nō cōcludunt sicut p̄z uiscarrēdo

per singulas. Nam ad illud quod primo
obf. de luce. ob q. lux est quinti corporis. et
lux ignea et lux ex qualitate complexionis ge-
nerata siue surgens. et hec est illa lux que fa-
cit corpus esse susceptibile uite. alie uero mi-
nime. Ad illud quod obf. de calore. ob q.
calor celestis non dicitur quia sit in natura
celesti sicut in subiecto. quia sila neq. calida
e neq. frigida. sed q. est a natura celesti fm
debita pportione ita q. facit ad cōseruatōes.
et talis calor i corpore humano ē. s. ex hoc
nō sequitur q. natura celestis ueniat ad cōsti-
tutionē corporis humani fm subām s. solū
q. influat. Ad illud quod obf. de cōsiliari-
one iam p. rīssio. quia nō cōsiliat uenies iura
sed sufficit ad cōsiliandū influens ex. Ad
illud quod obf. de beatificatione ob q. corpa
beatificari dicitur in homine non per uitatē
s. per cōformitatē. et ideo ex hoc nō seqtur
q. de cōstitutione humani corporis sit natu-
ra celestis fm uitates. sed sufficit q. sit fm
cōformitatē ita q. aliquid ei cōforme rīdeat i
humano corpore. Ad illud quod obf. de
cōq. sensibus vōm q. sicut idē Aug. dicit
vñ elemētū dñatur in duob. sicut aqua sub
rōne uaporis dñatur in olphactu. sub rōne hu-
moris dominatur i gustu sicut ipse dicit. iij.
super Gen. Ad illud q. obf. de ordine
ob q. etsi natura celestis sit excelsior inter
corpora simplicia fm se cōsiderata. non ex-
cellit tñ i gradu in cōpationē ad ueriorē for-
mam suscipiēdā. sed his est ordo q. forma
elementaris unitur anime mediante forma
mixtionis. et forma mixtionis disponit ad
formā complexionis. et q. hoc est in equalitate
et harmonia cōformatur nature celesti. ideo
habilis est ad susceptionē nobilissime influē-
tie. s. uite. et sic in unione anime ad corpus
rectus seruatur ordo. magis etiā ē dignitas
humani corporis ppter magnā harmoniā
et pportionabiles cōiunctionē suā partium
ob quas in statu uiatoris cōformis sit nature
celesti. in statu aut cōphensoris perficietur a
deo non tñ ut sit cōformis sed etiā ut supra
naturā celestē sit exaltata et sublimata ut ei
cōgruat potissime habitatio celi empyrei.

Tertio queritur utrum corpus pri-
mi hominis cōstitutū fuit ex elemē-
tis i cōphēsiōe et cōpositiōe equali-

Et q. sic uidetur. Quāto cōplexio et cōposi-
tio magis accedit ad equalitatem tanto nobi-
lior est. et quanto nobilior est tanto nobilio-
ris forme est susceptiua. sed cōplexio cor-
poris primi hominis fuit susceptibilis nobi-
lissime forme per naturam que etiam non
erat deprauata per culpam. ergo fuit cōple-
xio maxime nobilis. et si hoc. ergo maxie
equalis. Item tanto res cōplexionata est
ad durandū habiliior quanto eius cōplexio ē
equalior. inequalitas enim miscibilū est uia
in corruptionē. sed corpus ade habile erat
ad durandū in sempiternū quantū est ex pri-
ma sua cōstitutione. ergo uidetur q. in pfcā
equalitate cōplexionis et cōpositiōis fuerit cōsti-
tutus. Item ubi est inequalitas cōplexionis
ibi necessario est pugna. ubi uero pugna est
forma non sic potest gubernare materiam
sicut si esset ibi pax et tranquillitas. ubi autē
hoc est ibi est aliqua penalitas. ergo aut in
corpore primi hominis fuit perfecta elemen-
torum equalitas. aut ante peccatū fuit in eo
aliqua penalitas. sed nullo modo pena pre-
cessit culpam. ergo. Item corpus ade
debeuit fieri pportionabile anime. et ideo q.
diu anima fuit immunis a morte culpe corp.
eius fuit immune a morte nature. ergo pari
rōne q. diu anima fuit equalis in uoluntate.
corpus fuit equale in cōplexione. sed i anima
primi hominis nulla erat obliquitas iustitie
in prima cōstitutione imo perfecta inocētia.
ergo nec i corpore erat inequalitas aliqua s.
cōcordia et amicitia perfecta. Sed contra
uita est per calidum et humidum. et omnis
operatio anime in corpore est per calorem
sicut dicunt naturales et medici. sed in corpo-
re ade anima habebat expeditas operatio-
nes. ergo magna erat ibi abūdantia caloris.
ergo p. dominabatur calidum. et si hoc. ergo
non erat perfecta equalitas complexionis.
Item etsi cōplexio hominis est deterior-
ata. non est tamen totaliter corrupta. sed
nos uidemus q. cor per naturam est calidif-
simū et epar finiliter. et quedam sunt alia
membra in quibus regnat fleugma et melan-
colia. ergo et tunc ibi erat. si ergo in corpore
ade erat predominatio humorū. pari ratiōe
et qualitatus elementariū. ergo non erat ibi
perfecta adequatio miscibilū. Item si eēt

ibi mixtio fm omnimodaz equalitates. ergo tantū esset ibi de graui quantū de leui. ergo corpus illud esset indifferēs ad grauitatē ⁊ leuitatē. ergo ⁊ ad motū ⁊ quietē. si ergo nec esset natū moueri nec quiescere. nec sursum nec deorsum esse. ergo non esset corpus naturale. ¶ Item si corpus illud esset constitutū fm omnimodaz equalitatē tunc quantū unū elementū ageret tantū reliquū resisteret ⁊ ipm repelleret. ergo unū uirtutē suam ⁊ actiones in alterz non pfunderet. et si hoc. nō esset ibi alteratio nec transmutatio. ac per hoc nec mixtio. aut ergo corpus ade nō ēēt mixtū. aut si mixtū non in perfecta qualitate constitutū. ¶ Item si corpus ade fuisset constitutū in perfecta equalitate. ergo ignis siue calor in eo non consumeret. ergo alimentō non indiguisset. sed stans est fm sanctos ⁊ maxie fm Aug. q. alimento indiguit. ergo in equalitate miscibiliū corpus illud constitutū nō fuit. ¶ Item cū adam peccauit non fuit ei ablatum aliquid quod esset ex parte corporis. ergo si prius erat opposit⁹ positione equali postea fuit similit⁹. ergo post peccatū nulla fuit in corpore eius pugna. ergo nec infirmitas nec mortalitas. q. si hoc fallū ē restat. ¶ **R.** dicendū sicut distinguūt naturales et medici. duobus modis dicitur equalitas miscibilium in mixto. s. a pondere ⁊ a iusticia. Equalitas a pondere ut dicunt non est possibilis in re ⁊ natura. Equalitas. n. a pondere potest dici tripliciter. Uno modo dicitur equalitas a pondere quando miscibilia adequantur ⁊ quantū ad quantitatem molis ⁊ quantū ad quantitatem uirtutis. Et hec duo sunt incōpossibilia non solūm fm rem sed etiam fm intellectū ⁊ hoc intellectu q. elementū quod plus habet de materia minus habet de specie ⁊ ecōuerso. Sicut enim impossibile ē q. uerū aux adequatur argento in quantitate ⁊ ualore sic impossibile est elementa actiua ⁊ passiua equari ad inuicē equalitate ponderis in aliqua mixtiōe. ¶ Alio modo potest dici equalitas a pondere fm adaequationez miscibiliū in quantitate molis solū. et adhuc est impossibile. primū quia corpus illud nō esset durabile. elementa enim actiua statim passiua consumerent. si enim adaequarentur in substantia adeo actiua excellere in uirtute

ut potius esset cōsumptio q. mixtio. nec tm corpus illud nō esset durabile imo etiam nec esset leue nec graue cum motus grauis uel leuis sequatur predominas quantū ad quantitatem molis. ⁊ si non esset durabile nec leue nec graue non esset de nature intentione nec nature possibile. ¶ Tercio mō dicitur equalitas a quantitate uirtutis. et sic adhuc dicit talē equalitatē non esse in natura possibile. Primo quia si ēēt omnimoda equalitas uirtutum uirt⁹ vni⁹ tantū resisteret quantū vni⁹ alteri⁹ ageret. et sic non esset profundatio et cōfractio usq. ad minima. ac per hoc non ēēt mixtio. ¶ Item si hoc esset. corp⁹ illud caret operatione calidi ⁊ frigidi ⁊ aliaz qualitatum elementariū. ergo frustra esset ex diuersis constitutū. tale ergo corp⁹ non est nature possibile. q. repugnat nature mixtionis. nec etiam est ex intentione nature. quia careret sibi debita operatione. Et sic quocunq. mō accipiatur equalitas a pondere non potuit esse nec debuit in corpore ade. et hoc satis apparet cum corp⁹ ade magis esset graue q. leue. magis esset idoneū ad agendū q. ad patiendū. ergo non habuit equalitatē miscibiliū nec quantū ad quantitatem molis nec q. ad quantitatem uirtutis. et ita nō habuit equalitatē a pondere. Unde recedende sūt rōnes hoc ostendentes qm procedūt ista uia sicut patet cōsideranti. ¶ Est ⁊ alia equalitas a iusticia. et hec equalitas attenditur in cōmensuratōe miscibiliū fm proportionē debitā ⁊ fm exigentias forme introducende. et hec equalitas reperitur in his que miscentur naturaliter et inter omnia potissime reperitur in homine. quia nobilior debet esse in eius corpore proportio ⁊ harmonia miscibilium fm q. disponitur ad nobiliorem formā. hec autem equalitas non est equalitas pūctalis sed latitudinem habet ⁊ gradus. ⁊ hoc fm diuersos status. Est enim status glorie. et est status miserie. et est status innocentie. fm statum glorie qui est perfectus debetur corpori humano equalitas a iusticia. equalitas in quas perfecta in qua nec cadit cōcordia nec repugnantia nec actu nec potentia. fm statum miserie qui est status imperfectus debetur corpori hominis equalitas s. diminuta que permisceri habet inequalitati

et discordie non solum possibilitate sed etiam quadam necessitate. ¶ **S**ecundū statum vero mediū. scilicet innocentie debetur corpori hominis equalitas media que a discordia et repugnantia miscibilium erat aliena in actu per adiutorium intrinsecū aie gubernatis. et per adiutorium extrinsecū alimenti nutrientis. erat tamen hec equalitas possibilis ad inequalitatem siue ob defectū uirtutis continentie. siue etiam ob defectū alimonie. nullus autem horum defectuum esse poterat in homine nisi precederet transgressio inobedientie. Et sic patet quod corpus primi hominis constitutum fuit in equalitate a iusticia quasi media inter equalitatem que erit in gloria et equalitatem que nunc est in miseria. Item quod statū anime exigebat. et hanc equalitatem probant fuisse in corpore primi hominis rationes inducte ad astruendam partem istam. et ideo procedende sunt quia uerum concludant. ¶ **S**i autem ex eis uelint concludere omnimodam equalitatem a potestade rationes ille non ualent. quia illa equalitas ad nobilitatem non spectat. ¶ **S**i autem uelint concludere equalitatem omnimodam iusticia. adhuc non concludunt. quia et si corpus illud haberet nobilissimam formam. non tamen adhuc erat in statu suo nobilissimo sicut erit in gloria. hoc autem solummodo concludunt quod ibi erat tanta equalitas a iusticia quod non erat ibi miscibilium actualis repugnantia. et hoc quidem est uerum. Et ita patet responsio ad totum.

In parte ista sunt questiones circa litteram. Et primo queritur de hoc quod dicit in littera. Creatoris uoluntas necesse est. hoc enim necessarium futurum est quod uult et prestat. Quod si uerum est cum deus uelit omnia bona futura nullū bonū futurū euenit contingenter. perit ergo libertas arbitrii. ¶ **P**reterea falsum uidetur dicere in hoc quod subiungit. Multa secundum inferiores causas futura sunt sed in presentia dei futura non sunt. Quod enim est futurum erit quod non est futurum in presentia dei non erit. ergo simul idem erit et non erit. ¶ **R.** Quod primum est intelligendum est de necessitate non consequentis sed consequentie. quia necessario ad uelle dei sequitur ipsum uoluntatem esse uel

futurum esse. Secundū autem uerbum intelligendum est ita quod per hoc participium futura significetur ordo effectus ad causas non euentus. ut sit sensus. Multa secundum inferiores causas futura sunt. id est ordinata ad fieri. que tamen secundum ueritatem uel prescientiam non sunt futura. quia non euenient. ¶ **I**tem queritur de hoc quod dicit. quod homo extra paradysum est creatus. postmodum in paradiso est positus. Cum enim paradysus esset locus habitatio- nis debitus homini secundum statum innocentie. et locus congruus habitationi sit congruus generationi et productioni. uidetur quod homo debuit produci in paradiso. ¶ **I**tem cum tota terra tunc esset fructifera et aer tranquillius. uidetur quod tota erat congrua ut inhabitaretur ab homine. ergo si homo extra paradysum productus est. uidetur quod extra paradysum ad habitandum debuit relinqui. ¶ **I**tem si tota terra producta est propter hominem. ergo uidetur quod si homo sterisset alia pars terre a paradiso superflueret. Propter hoc est hic questio quid uocetur hic paradysus in quo homo est positus. ¶ **R.** Ad predictorum intelligentiam est notandum quod sicut dicit magister tres fuerunt de paradiso sententie. ¶ **Q**uidam enim dixerunt quod paradysus ille in quo erat positus homo erat locus corporalis qui propter suam amenitatem paradysus uicebatur. nec est alius paradysus nisi corporalis. ¶ **A**lij uero attendentes quod beatificatio hominis est in paradiso que consistit in dei fructificatione non in corporali amenitate dixerunt hunc paradysum non esse locum corporalem sed spiritualement. et omnia que dicuntur de paradiso in Gen. dicta esse metaphorice. Unde homo in sui formatione dicitur positus fuisse in paradysum. non quia fuerit localiter mutatus sed quia in spirituali amenitate et delicijs ex dei amore et cognitione et fructificatione est positus. In huius autem sententie assertionem. adducit illud quod dicitur de latrone Luce. xxiii. Hodie mecum eris in paradiso. et illud quod dicitur de lucifero Eze. xxviii. In delicijs paradysi dei fuisti. ¶ **T**ertia est positio quod est paradysus spiritualis et est paradysus corporalis. Paradysus spiritualis dicit statum quietis et amenitatem deliciarum

spūaliū. et iste potest esse fm duplicē statū
 .s. ecclesie triūphantis et ecclesie militantis.
 vnde paradisus spūalis duplex siue duplici
 ter dictus. vnus est in ecclesia militāte. et alī
 in ecclesia triūphāte. vnde illa que dicta sūt
 in *Gen.* de paradiso isto spūali possunt ex
 poni metaphorice. ¶ Paradisus autem cor
 poralis est locus deliciarū et amentitatis. hic
 est duplex similiter fm duplicē statū. .s. pfe
 ctum et imperfectū. fm statū perfectū para
 disus est empyriū. fm statū imperfectū para
 disus est locus quidā amēnus in partib⁹ ori
 entis de quo dicit *Dam. diuinus.* Paradisus
 est dei manibus in eden plantatus gaudij et
 exultatōis uniuēse p̄mptuariū. In hoc aut
 loco decuit hominē poni ut et eis ei facilitas
 perueniēdi ad patriā. et ut deus homini ostē
 deret beniuolentiā cui locū amenissimū ad
 inhabitandū preparauerat. et sic amenitas
 exterioris habitaculi corrūderet delicijs in
 terioribus quales habet anima que est tem
 plum dei et habebat anima primi hominis.
 Extra aut hunc locū debuit homo p̄duci
 ut melius cognosceret dei bñficiū dū se vi
 deret quasi aliunde adductū. et ut etiā p hoc
 ostenderet q homo non erat ibi factus ad
 eternaliter habitandū sed spūaliter peregrin
 andū. et quia deus presciebat hominis casū
 in paradiso uoluit eū collocare ut per ei⁹ eie
 ctionē de loco uoluptatis cognosceret sensi
 biliter quāta bona spūalia amisiss⁹ p culpā.
 cognosceret etiā nihilomin⁹ quanta eēt dñia
 inter eū qui dño humiliter obedit. et euz qui
 ipm superbe p̄temnit. Et p hoc patet r̄sio
 ad obiecta. ¶ Locus enim paradisi ueniēter
 fuit factus ppter hominē institutū. et alia
 terra ueniēter fuit facta ppter hoīez quē
 deus preiuderat eē lapsur⁹. et quia simul ē
 uiderat hominē et peccatū de ea terra sūpsit
 eū in quā erat postmodū rediturus. nec tñ si
 homo stetisset alia pars mūdi superflueret.
 quia bestijs seruientib⁹ homini habitacul⁹
 preberet. et habitaculū hominis sua inferiori
 tate excellens ostēderet et sua magnitudine
 decoraret sicut magna platea decorat pala
 tiū. et sicut aula decorat camerā. ¶ Itē que
 ritur de hoc q dicit. Locū paradisi in alto si
 tū usq ad lunare circulū pertingentē. Videt

enim esse falsū. primo quia inter lunare cir
 culū et aerē est spha ignis que nō pateretur
 hoīez ibi posse uiuere. ¶ Itē aer in sua pte
 supiori ē tante subtilitatis q ibi non possūt
 aues uiuere sicut dicit *Aug.* ergo si paradisi
 locus esset adeo eleuatus non posset ibi ui
 uere homo habens corpus animale. ¶ Pre
 terea si adeo esset ille locus eleuatus cū ma
 xime appropinquaret soli. ergo esset cali
 dissim⁹ et intēperatissim⁹. sequeretur etiā
 ex hoc q terra esset sup aquā et supra aerē
 ¶ R̄. vñ q sicut doctores dicūt paradisi
 corporalis est situs ualde eminens et altus et
 iuxta equinoctialem in oriente quodāmodo
 uergens ad meridiē. est autē tante altitudis
 ut illuc nō ascendāt uapores in aere eleua
 ti. sed sit ibi aer mundus et purus idone⁹ sta
 tui perpetuitatis. et propter puritatem aeris
 ibi esse p̄temperantiā caloris. et quia secus eq
 noctiāle est. est ibi magna temperies tēporis
 q ergo dicitur usq ad lunare circulū pertin
 gere. hoc non est dictū fm sitū s⁹ fm quādā
 proprietatē siue quia sformatur in raritate
 et luminositate et tranquillitate. siue quia ua
 pores quib⁹ dominatur luna illuc nō p̄tingūt.
 Et sic patet illud. ¶ Item queritur de hoc
 q dicit. In paradiso erant ligna diuersi ge
 neris et. Propter qd duo ex illis lignis no
 minat et non plura. ¶ Itē cū lignū illud de
 quo facta ē p̄hibitio non fuerit scientie boni
 et mali nisi propter transgressionē ade. non
 uidet q sic debuerit a suo principio noiari.
 ¶ Itē cū lignū uite illū effectū uiuificādi nō
 habuerit. uidetur q aut frustra fuerit. aut
 ab illo effectū denominari nō debuit. ¶ R̄.
 vñ q uniuersalitas lignoz sub tribus dñis
 p̄prehenditur fm q ad triplicē utilitatē ho
 minis poterat ordinari. aut ex parte corpo
 ris. aut ex parte anime. aut ex parte coniu
 cti. Si ex parte corporis sic erāt ligna fructi
 fera que prebeāt ei alimēta ad corporis su
 stentationē. Si ex parte anime sic fuit lignū
 scientie boni et mali q ordinabatur ad obe
 diētie hominis p̄bationē. Si ex parte iuncti
 sic erat lignū uite quod faciebat ad humane
 uite perpetuationē. De his aut lignis duo
 tñ nominata sunt ppter spūales effect⁹ p̄p̄
 quod et dñs illa duo ligna collocauit i medio

paradisi. et unū posuit iuxta alterū ut ex uno
caperet homo affectū amoris. et ex alio affe-
ctū timoris. et quasi opposita iuxta se posi-
ta elucescerēt. et faciēdo abstinentiam ab uno
mereretur hūc sufficientē refectionē ex alie-
ro. Et hoc ē quod dicit aug. de ci. dei. loquens
de primis parētib⁹. Status immortalitatis de
ligno uite quod in medio paradisi cū arbo-
re uetita simul erat mirabilis dei grā monstra-
bāt. tū et alios sumebāt cibos preter unā ar-
borē q̄ fuerat interdita. Et sic p̄ quare illa
duo ligna spālīter nominātur. Unū aut. s. li-
gnū uite noiatur ab effectu nō quē fecit s̄ ad
quē ordinabatur. Aliud vō. s. lignū scie ab
euentu. et utrūq; satis congruit. q̄ tā ille effe-
ctus q̄ ille euentus valde notabiles erant. Is
aut lignū uite primū effectū nō habuerit in
actu. habuit tū in habitu. nec tū frustra fuit.
quia quāuis ex ipso primus homo nō acce-
perit refectionē. eius tū posterī recipiūt in-
structionē dū per illud lignū intelligūt xpm
Item queritur de hoc q̄ dicit. A ligno
homo phibitus ē. q̄ malū nō erat. Uidetur
enim q̄ deus incōueniēter fecerit. primū q̄
sicut phibere malū ē bonū sic phibere bonū
est malū. ergo uidetur q̄ deus fecerit male
dū phibuerit illius ligni usū. Itē bñ scie-
bat deus q̄ ipi phibitionē suā nō suarēt. er-
go si sine illa phibitione poterat esse salus.
uidetur q̄ nō fecerit aliud q̄ laqueū eis inij-
cere dū phibuit. Itē si oīa facta sunt pp̄
hoīes. ergo lignū illud erat hoīs. sed nulli v̄
subtrahi res pp̄ia absq; culpa. ergo uidetur
q̄ de⁹ iniuriat⁹ fuerit hominī et eū punierit
phibēdo q̄ suū erat. in quo tū nulla p̄cessit
culpa. R. dō q̄ deus hominī lignū illud
prohibuit pp̄pter obediētie meritū acq̄rendū
ex parte hominis. et pp̄pter ostēdēdū sue iu-
risdictionis dñū quod habebat in hoīe. q̄
prohibuit pp̄pter obediētie meritum ut illud
meritū esset purū et plenū a tali re phibuit a
qua nō deberet cessari nisi solius obediētie
intuitu. et ideo a re bona. Itē q̄ phibuit
ad ostēdēdū sue iurisdicōis dñū. ideo a tali
re debuit phibere a qua homo nō deberet
manū retrahere nisi propter solius dei im-
periū. et hec quidē fuit res bona. et propterea
illud mandatū dīr esse mandatū discipline. q̄

ad hoc homo nō obligabatur ex se siue ex
aliquo rōis naturalis dictamine sed ex sola
diuina p̄ceptione. quāuis et alia possit reddi
ratio. q̄ datū sit illud mādatū diuinū ut per
hoc disceret de quo deo deberet eē subiect⁹
et quantū etiā differt inter eū qui deo obe-
dit et eū qui contemnit eius imperiū. Nulla
ergo ex hoc fiebat hominī iniuria. imo fie-
bat utilitas dū precipiebatur ad eius erudi-
tionē et meriti amplificationē. q̄ si oriū eue-
nit hoc fuit ex culpa sua ex qua conuertit sibi
bonū in malū sicut impijs et peccatoribus bo-
na conuertitur in mala. propter istius tamē
euentus p̄uisionē non debuit de⁹ dimittere
dare tale mandatū. q̄ ordo et decor qui attē-
ditur in operibus dei s̄m regulā diuine sapi-
entie non v̄s intermittere pp̄pter incōmodū ali-
cuius spālīs creature. Preterea ex illo ma-
lo inde sequenti deus poterat et sciebat mul-
to maius bonū elicere. Et per hoc p̄ r̄sio
ad obiecta. excepto primo. q̄a non ē simile.
Prohibere enī malū bonū est. q̄ nō potest
aliquis perpetrare malū sine culpa. s̄ phibe-
re bonū nō est ita malū. q̄ abstinerē pōt hō
absq; culpa. abstinerē enim a bono v̄modi
cadit in genere boni honesti. Alia satis pa-
tent per iam dicta.

Distinctio. xviii.

In eodem quoq; paradiso q̄.
Supra egit magister de forma-
tione uiri. hic agit de formatōe
mulieris de uiro. Diuiditur aut
ista pars in partes duas. in quā prima de-
terminat de p̄ductōe mulieris ex parte cor-
poris. In secūda ex parte anime ibi. Quē-
admodū mulieris corp⁹ q̄. Prima ps h̄z q̄t-
tuor ptes. In prima pte defīniat de p̄du-
ctōe corpīs mulieris ex uiro i opatōe ad cāz
sinalē. In scōa vō i opatōe ad cāz mafialē.
ibi Solz et q̄ri utz de costa illa q̄. In tertia
vō i opatōe ad cāz efficiētē. ibi Illud ēt sciri
ops. In q̄rta vō i opatōe ad cām formalē.
ibi Sz q̄rit an rō quā v̄s primis opib⁹ cre-
auit. Silt ps scōa p̄cipalis h̄z q̄ttuor pti-
culas. In quarum prima ponit opinionem
quandā erroneā de p̄ductione nie mulieris.